

primo, in ordine alicuius ordinis rerum, deum enim ita
primū sentit esse principium sicut separatim omnino
nec ullo modo cæteris coordinatum. Unde illas naturæ
diuinæ conditiones, attribuit, quæ nullo pacto alii na-
turæ conueniunt, ut est esse ultra omnem lationem, &
extra cælum & totam æternitatem suam, simul esse &
oium esse, ac uiuere ab illa dependere, & omnes motus
ab illa moueri, ut expresse illud pauli colligitur. In ip-
so enim uiuimus, mouemur & sumus, quare id totum à
conditionibus quæ secuntur, aut præcedunt, potesta-
temq; cucurrit centum uerborum de deo ne dicat, an
de alicuius generis, rerum primo facile percipiemus.

Quod Aristoteles subintellexit deum unum
& trinum esse & q̄ in creaturis impressa
sunt uestigia dei, ex quibus sub intel-
liguntur quæ credimus.

IN altera huius uoluminis parte, ostendere pollicer-
ti sumus Aristotlem platone, aperteq; sicut à uesti-
stigio rebus impresso, sub intellexisse deum unum
ac trinum esse, quodq; mirabilius est, in hac unitate na-
turæ, & trinitate, non dico personarum & suppositorum
(id enim non exprimit) quoniam trinitas ordinem di-
cit, suspicatum fuisse huius trinitatis primum à nullo
esse, alterum à primo, tertium à primo & secundo simul
sicuti ab uno principio, addo etiā quod primum est in
toto secundo, & in toto tertio, secundum aut in toto ter-
tio, qua de re Plato, nihil penitus somniauit, nisi quod
in legibus uerbum, uerbum dixit patris, & quasi furo

re concitatus, statim obmutuit, nec quicquam, aliud ultra, ad rem tantam pertinens adiecit. At qui oportebat multo, hac de re liquidius Platoni disseruisse qui egyptum peragravit indeam uidit, et à multis argumentis quæ colliguntur ab Eusebio, legisse ipsum diuinam scripturam, aut ex iudeis percepisse perspicitur, quæ Aristoteli, qui è græcia nunquam abiit, sed spiritus ubi uult spirat, omne namque bonum quod nobis est, desuper fuit, sed incredibilia forsitan fingere, non quispiam de Aristotele, credet, nisi quæ primum locos eius transcripserimus. Nos uero, quoniam non nescimus, claram rem omnem futuram intelligentibus, animoque ad ueritatem inclinatis, non properabimus, sed mature procedentes, sicut restantia flagitat, primum eius quod Paulus retulit, in mentem uenire legentium uolumus, quoniam inquit, mundus non cognouit deum per sapientiam, placuit deo per fatuitatem prædicationis saluos facere credentes, nam et si per sapientiam et cognitionem rerum, ad unius et trini dei, quasi per enigmata hoies poterat ascendere, tamen ne id quidem asscuti sunt, non quæ non potuerunt sed quæ demonum prestigiis occupati non quæsierunt, deinde illius quoque Pauli eiusdem meminisse rogamus. Inuit sibilla inquit dei ab initio mundi in creaturis intellecta conspiciuntur, deus enim cum à nihilo ut essent cuncta euocaret, similitudines et uestigia rebus impressit, sicut quæque recipere poterat, ut per cognitionem sui cæterarumque creaturarum, homo ad cognoscendum creatorem inuitaretur, ex quarum omnium cognitione, si cuncta colligerentur uestigia perfecta ut in hac uita, sicut

ego arbitror creatoris dei colligeretur cognitio, iis solum exceptis, quæ infinitatem requirunt, nulla enim creaturarum, exactam infiniti dei poterit imaginem recipere. Quare cum aliud ex alio esset intelligendum, idq; arduum, nec sine periculo sit, non per sapientiã, sed per fidem saluati sumus, sapientia tamen rerumq; cognitio, sicut, nisi homo peccasset forsitan præcedens, ita postquam peccauit subsequens ueritatiq; accommodata, plurimum fidelibus prodest, nam quamuis credamus, tamen q̄ sit professio nostra, quidq; credamus, dicere non possumus, nisi uestigijs creaturarum adiuti, ad diuinæ maiestatis ineffabilem naturam oculos sustollamus. Ita cum fides ad salutem necessaria sit, oportetq; intelligere quod credas, nec intelligere queas, nisi à creaturarum imaginibus, necessaria nobis rerum cognitio, quã sapientia facit, ad salutem uideatur, non omnibus tamen, sed præsulibus, ad quorũ confessionem fidemq; cæteri se reducunt. Verum quoniam p̄ fidem, saluati sumus, deus necessario præcedit auctoritate prædicationis firmata. Cognitio autẽ dei quæ à creaturis colligitur, professioni fidelium accommodata, liquidiora facit q̄ creduntur. Id ipsum quod de uestigio diximus, Aristoteles quoq; sentit, quippe qui rerum artificio conditarum, exemplaria in mente artificis, esse prius censet, ita ut à structura rerum quale sit ingenium eius, facile cognoscamus, & in rerum naturalium causis rationes ipsarum perfectas, esse noluit sicut ex libris de generatiõe animalium aperte colligitur, & hæc omnia seminalis ostendit uirtutis. Vnde rursus Paulus om

nem paternitatem in caelo, & in terra, non à creaturis in deum, sed a deo in creaturas, descendere censet, quicquid enim boni est in rebus, à deo est, & inde dependet, hæc cum ita se habeant, ad rem rediens, dico Aristotlem, unius dei trinitatem intellexisse, Idq; in primo de caelo & mundo, ex uestigio corporibus impresso enodasse.

De Vestigio unius ac trini dei corporibus impresso, inquantū corpora sunt.

Primum igitur, quale uestigium sit, deinde ipse deo, huiusmodi uestigium, uerbis ipsius accommodari ostendemus, sic enim nemo inficias ibit, intellexisse ipsum quæ diximus, si uestigium quod in corporibus est, & explanasse, & accommodasse ipse cognoscetur, omne corpus, longitudinē, latitudinē, & altitudinem habet, longitudo sic intelligitur, ut id quod dicitur solum sit, nec quicquam ex aliis dimensionibus sapiat, quam etiam lineam dicunt, latitudo altitudinis nihil habet, longitudinem uero habet, tota enim in tota est longitudo in latitudine, hanc superficiem quoq; nominare solemus, altitudo quæ profunditas etiam dicitur utraq; precedentium in se habet, & corporis perfecta est, ita corpus tria, hæc est longitudo, latitudo, profunditas, & si unum de tribus mente subtraxeris, (re enim facere nunime poteris,) nihil remanet, nam non solum corpus, omnino abstuleris, sed nihil penitus re ipsa reliqueris, Corpus igitur hæc tria est, nec tamē illam ex istis habet compositionem, nam & si compositum est, ex materia tamen, & forma, nō ex istis compositum

tū est, quare tria hæc unum corpus sunt, & hæc tria
 corpus est unum, omni suspitione compositionis, quæ
 hic fiat, procul reiecta, quid hoc vestigio expressius?
 creatrix enim omnium, & beata deitatis natura, tria sup
 posita est, & tria illa unum sunt, absq; ulla composi
 tionis suspitione. Adde qđ, ex longitudine in se ducta,
 superficies, hoc est, latitudo emanat, ex lōgitudine aut,
 & latitudine in se ductis, tanquā ab uno principio pro
 funditas, idest altitudo profluit, primum, ex secūdo ele
 mentorum Euclidis multisq; aliis locis passim demon
 stratur. Alterum ex diffinitionibus solidorum geometri
 cis, nam sicut superficie semicirculari circumducta,
 quæ circūductio eadem diametri etiā est, spherā, idest
 latine pilam, sic longitudine in se primum ducta de
 inde in altitudinē ab ea productam, cubū efficiunt, sicut
 verbi gratia, bipedalē longitudinē in se duxeris, qua
 dripedalis, inde tibi fluxa superficies habebitur, & rur
 sum si longitudinem hanc, & latitudinem alteram in
 alteram duxeris, cubus emanabit, corpus unum sim
 plex ex duobus, quasi ab uno principio. Quod autem
 simplex ex his effulgeat corpus patet primū, quia cor
 pus ex materia & forma, non ex dimensionibus istis cō
 ponitur, ut dictū est. Nos autem hic corpus, non ut ex
 materia & forma, sed ut hæc tria est, consideramus.
 Deinde quia ductio lineæ in seipsam aut in superfici
 em, non sunt cōpositiones, sed emanationes, atq; pro
 ductiones. Compositio enim est diversorum ad unum
 constituendum cōkursus, quod hic nullo pacto fieri po
 test, nec enim si lineas etiā innumerabiles, simul appo
 sueris

siueis latitudinē, nec si latitudines quotcūq; simul con-
traxeris altitudinem cōstitues, nā cū nihil à nihilo, na-
tura faciat, nec lineæ latitudinem, cuius nihil habent,
nec latitudines profunditatem, qua corpus perficitur,
inquinā cōficiēt, nihil enī profunditatis possidet latitudo.
Emanatio autē est naturalis uirtutis ex uno ad ali-
ud producēdum absq; corruptione progressus, quod
hic fieri p̄spicitur, nā et superficies ex linea in se ducta,
et corpus ex linea, et superficie in se ductis, nō cōpor-
nuntur, sed producuntur, qua propter quādo linea su-
perficiē ducto suo emittit posse illā superficiem, illa li-
nea dicitur, et superficies potestas lineæ, unde profiu-
it a geometris merito nuncupatur, hoc est actus quidā
et fructus naturæ suæ. Similiter ergo corpus quoq; li-
neæ ac latitudinis simul potestas nominatur, nō alia ra-
tione, nisi quia fructus naturæ ipsarū est. Quas ob res
ductus lineæ in se aut in superficiē, nō sunt compo-
sitiones, sed emanatiōes quædam uirtutis naturalis, qui-
bus in suum natura fructum progreditur accommodata,
hæc tribus p̄sonis, quæ deus sunt. Pater ex nullo est, lō-
gitude siue lineæ, ex nullo. Nec mihi opponas non esse
ex nullo simpliciter lineā, nulla enī res creata, ex nullo
simpliciter est, sed in increata quidē, præter primū tri-
nitatis suppositum, et quando dicimus lineā ex nullo
esse, ad reliquas conferētes distātiās dicimus, hoc enī ip-
sum est, quod ad propositum p̄tinet, lineæ igitur ex nul-
lo est, latitudo ex linea prodit, profunditas ex utraq; si-
cut ab uno p̄cipio, simplici enī ductu, ex utrisq; pro-
fluit, ita pater ex nullo est, filius ex patre, spiritus san-

G

Etus ex utroq̄s, sicut ab uno principio. Ad huc magnitudo alia linea est, alia latitudo, alia profunditas, tres hæc magnitudines unum corpus sunt simplex, similiter alius est pater, alius filius, alius sp̄s sanctus, tres hæc personæ unus deus sunt simplicissimus, diuinarum tamen personarū quæq̄s subsistit, ac ideo tres hypostases, hoc est subsistētiās prisci græcorum doctores dixerunt, sicut iuniores latinorum tria supposita, et in hoc non potuit creatura hæc creatoris sui similitudinem recipere. Nā si omnia posset creatura ulla, quæ deo in sunt recipere, quid aliud q̄s deus esse ipsa quoq̄s crederetur. Repugnat autem sibi oratio si creaturā: deū esse dixeris. hic enī infinitus est, illa finita. In nulla creaturarum cuncta inueniuntur, nā corpori quāuis multa magnāq̄s expressa nimium sunt, corpusq̄ subsistit, tres tamen dictæ magnitudines non subsistūt. Deus autem cum sit unus et simplicissimus subsistit, p̄sonæ quoq̄s ipsæ subsistunt, non minus, nō est enī maior ibi naturæ unitas sine ulla diuisione, quod satis intellexeris, si tres magnitudines, quæ unum corpus sunt, subsistere, non minus q̄s corpus animo concipies, nec enim huius rei uestigiū in creaturis inueniri cōtenderi, infinitatis enī est, ut supposita in cōfusa distinguātur, atq̄s subsistāt, et id quod tria supposita sunt, absq̄s ulla distinctione unū similiter sit, nec minus subsistat, sed realiter, ut sic dicā, et supposita sint, et deus sit. Subsistere enī dicitur quod nulli accidit et realiter est, ideo in deo quidem, nec personas singularia dicere possumus, nec deū uniuersale, quia et deus subsistit et personæ subsistūt.

Corpus autem similiter uniuersale non dicitur, sed nec
magnitudines ille tres singularia, quia cōtra se habēt,
q̄s uniuersale, & singularia, singularia enim subsistūt,
uniuersale uero nequaquā. In corpore cōtra ipsum sub-
sistit, magnitudines dictæ non subsistunt, hic patet ne-
cessè esse, in hac uita nō à uestigiis ad cognitionē dei
procedere, sed cognitione per fidē habita firmataq; ue-
stigiōrum accomodatione, postea uti, non ut firmiter cre-
damus, sed ut dilucidius intelligamus, præterea tota lō-
gitudō in tota latitudine, atq; profunditate naturaliter
ē, & tota similiter latitudo in tota p̄funditate, q̄d q̄s
mirabilius est, absq; cōfusiōe, nā quāuis tota lōgitudō
in tota latitudine sit, & hæc tota, in tota p̄funditate,
nunquā tamē altera in alterā confunditur, nō licet ta-
men conuertre, sicut in diuinis, totus enī pater in toto
filio est & totus filius in toto patre & totus spiritus san-
ctus similiter in toto patre & in toto filio, econuerso
protul ab omni cōfusione, cuius etiā rei uestigiū, nulla
in creatura querēdum arbitror, infinitatē enī iudicio
meo requirit, & magnitudinibus, tamen dictis, facile
intelliges, si conuersionē & quæ deficiūt, animo sup-
pleueris. Dionýsius tamē areopagita uir celestis, lumē
ex tribus cereis unum eā similitudinem reddere sufficiē-
ter, ut in creaturis, præsertim his inferioribus existimat,
nā & unum est sine diuisione, & tria & totum cuius-
uis cerei lumē in toto cereorum est absq; confusione, si
enī unū remoueris cereū, lumē quoq; suū distinctissime
sequetur. Hæc similitudo mihi satis in hac uita facere
uidetur, ut intelligamus unum deum uere subsistere, &

G ii

suppositum quolibet similiter, nā totum lumē simul vix
distincte & cuiuslibet cerei lumē inconfuse subsistere
videtur, quod separatio ac remotio unius cerei, ut dixi-
mus, ostēdit, mixtio tamen quaedam fieri videtur, quā
do simul totum lumē est & disseparatio eius quod remo-
uetur, quæ longe à diuinis extrināda sunt, sed non
possunt singula singulis ad unguem conuenire. Quare
quæ ad rem pertinent, sola intelligēdi gratia, sunt à ue-
stigiis sumēda, & quæ sumuntur altius & diuine maie-
stati cōueniēter intelligenda, infinite enim creator crea-
turas excedit. Ex his omnibus, aliisq; similibus, facile
ipse inducor, ut credā nullū expressius nobis uestigiū
inueniri posse, q̄ sit hæc corporis similitudo, unū enī
& tria est, & tria ordinē habēt & ordinē qui in deo
uno, & trino est, primū enī ex nullo est, alterum ex pri-
mo, tertium ex primo & secundo, nō ut ex duobus, sed
ut ex uno, nō enim inquātum unum progrossus fit, du-
ctus enim lōgitudinis & latitudinis unus est, & in di-
uinis una uis spirandi patris & filii. Dixi autem, quo-
niā in omnibus ego creaturis uestigiū creatoris inesse
non dubito, idq; tāto p̄fectius quāto creatura p̄fecti-
or est. Quare certior sum, in animo nostro meliorē, q̄ in
corpore similitudinē dei esse impressam, & in superio-
ribus separatisq; substātiis pro ordine statuq; suo longe
altiora accomodantioraq; uestigia summi dei esse nō ne-
gauerī, sed nobis, qui sordibus corporis iccludimur, nul-
lum est illustrius, nullum cōmodius, nā cum omnis in
hac uita nostra cognitio à sensu dependeat, necessario
quæ remotiora à sc̄su sunt, minus nobis nota sunt, quæ

autem sensu solo cognoscuntur, nullam propter instabilitatem rerum sensibilium faciunt scientiam. At uero quae sensui quidem proxima sunt, mente autem quasi abstracta colliguntur, ea sola scientiam possunt conficere, tria uero quae corpus sunt, sensu quidem capiuntur, largius mente uero concepta, sic se habent, sicut et nos diximus, et ab Aristotele perstriguntur. Magnitudo inquit, quae quidem in uno linea, quae in duobus superficies, quae in tribus corpus, et praeter has non est alia magnitudo, quia tres omnes sunt, et paulo post, ultimum enim medium et principium totius uniuersi numerum habent. Hic ostendit ultimum ex primo et medio esse, et medium ex primo quod principium appellat, quia ex eo et secundum et tertium est, sed secundum ex eo solum, tertium ex eo per medium, quod ut ostenderet non secundum, sed medium nominauit, tertium quoque non tertium, sed ultimum, ut significaret statim ibi finiri, nec ulterius emanationes progredi posse. Nulla enim ex profunditate profuit, magnitudo, nec est transitus in aliud genus inquit, sed solum ex longitudine in superficiem et in corpus, ex istis praeterea cum dixisset, ultimum enim medium et principium totius uniuersi numerum habent, statim addidit, haec uero ipsa trinitatis ipsius. At tria haec nullam inter se habent, praeter numeri, ordinem, trinitas non sunt, nec dici trinitas possunt, quia non sunt, trinitas enim essentialem, id est ipsarum rerum connumeratarum ordinem significat, sed corpus huiusmodi natura esse, res ipsa praedicat, naturamque corporis Aristotelem uidisse nemo negabit. Quare nunc restat deo similitudinem habent ac

C iii

edimodari, ab ipso, & quidem uerbis eius ostēdere. Vltimum inquit medium & principiū totius uniuersi numerum habent, hæc uero ipsa principium medium & ultimum trinitatis cuius trinitatis ipsius inquit, cum articulo enī græce scribitur, quod latine aliter traduci nō potest. Cur ergo sic expresse insignitūq; trinitatis ipsius dixerit, nulla potest inueniri causa nisi ad deū referas, solenus enī ita loqui quādo singulare aliqd significare uolumus, quā porro aliam singularē uoluerit trinitatem referre, ne fingere quidē facile poteris. Verum quoniā mihi & ratioē intelligentibus creatriciq; omnium trinitati affectis, id solum satisfacere potest. ipse tamen apertius quiddam & quidem, cui nemo non insanus cōtradiceret, illico addidit. Nā quod sequitur nihil aliud q̄s accomodatio est, ideo iquit, cum a natura quasileges acceperimus, & ad cerimonias deorū, hoc numero utimur, & appellatiōes hoc pacto accomodamus, duo enī quidem ambo dicimus, & duos ambos, atq; utrosq; omnes uero non dicimus, sed hanc appellatiōnem, de tribus primū dicimus, quod ut dictū est sequitur, quia sic a natura sumus instructi, primū igitur nature legibus institutos homines cerimoniis sacrificiisq; deorū, trinitatis numero usos fuisse ait. Quid hoc ad propositū? & si ad propositum minime pertinet, quid sibi uult? Nam inquit, impulsī homines trinitatis numero in sacrificiis deorum utuntur, natura certe nihil facit frustra, cur ergo ipellebat homines trinitatis numero in deorum cerimoniis uti? aut cur in deorum cerimoniis magis q̄s in aliis rebus? Verte rem quocumq; uolue

ris, inuenies non alia ratione, id ab Aristotele dictum esse, nisi quia cum natura, nihil facit frustra, & omnes homines per ipsam duci crederet ut trinitatis numero in deorum sacrificiis uteretur, trinitatis numerum, ita in deo esse sicut in corpore uoluit ostendere, propterea cum dixisset hæc ipsa tria, id est principium, medium, ultimum in ipsa cum relatione quadam singulari trinitate inueniri, statim addidit, hæc de causa natura, quæ nihil facit frustra, impulit homines, ne numero trinitatis in deorum ceremoniis utantur. Accomodatio igitur, & quidem insignis atque apertissima est, quodque mirabilius est, accommodando alterum adiecit uestigium, legibus naturæ uoluntati hominum impressum. In ceremoniis enim deorum inquit, trinitatis numero diuinitus impulsus homines utuntur. Animal enim aliquod diis suis offerebant, alii arietem, alii bouem, alii capram, alii suem, secundum instituta patriæ, deorumque suorum potestates, non ullis demonum homines, etiam pro nephas, imolabant, huic ostiæ uinum aut mel, & omnino liquidum aliquod infundebant, & saltem alii, alii ordeam, uel omnino fruges inspergebant, ita quauis alii aliis uterentur, omnes tamen naturæ legibus, ut ipse inquit copulsi, tribus oblatis rebus uno sacrificio licari opinabantur. Agendo quoque, id est inobeundis sacris multifariam trinitatis numerum obseruabant, ut in tempore quantum fieri poterat, sicut de tertio die in tertio, aut de trimensi spatio in trimense, in sacerdotalium uestium genere, atque figura, in circuitationibus templi, aut aræ, in suffiationibus comburendæ hostiæ, aut ex tortum in sacrorum uasorum uel figura, uel ma

G iiii

tria in numero, tum titionum, tum ligni generum, aut
samentorum, quorum si rerum multiplex uarietas ma-
iorē q̄s trinitatis numerū flagitabat, ne ullo pacto cō-
temnere trinitatem uiderentur, ipsam in se multiplicari
tam, adhibebant, tertio enim numero, quasi unitate, cō-
stituto nouenarium, & rursus .x x y ii. aut si maiore
opus erat multitudine, sicut in anastitis gradibus, si
de ambulatio, aut circuitio lōgior erat necessaria .lxxi.
inducebant, hinc Proclus, uniuersam Platonis theolo-
gia ad treis conatur trinitates, reducere, hinc manua-
nus ille Poeta, numero deus in iuit impari gaudet, nō
quod omni numero deos gaudere suos opinabatur, sed
quoniam trinitate licet arithmetici unitatis & trini-
tatis uirtutem, quā ut diuinā excolunt, ad alios quoq̄s
impares transfundi non dubitant, hæc igitur ipsa natu-
ralis, quod enim omnes uno modo faciunt, naturale po-
tius q̄s uoluntarium dicendum uidetur, cogitur enī na-
turæ legibus uoluntas, aut ut ipse dicit (instituitur at-
q̄s informatur,) Hæc inquā ueluti naturalis hominū,
in cerimoniis atq̄s sacrificiis operatio, id ipsum etiam
quod diximus representat, sacrificium enī unum erat,
res oblate tres, quarum si una deficeret, nullum fuisse sa-
crificium credebant, nec componi tribus istis, unum sa-
crificium uidebatur, sed ita fieri ut tribus illis, rite obla-
tis, uno sacrificio, posse litari crederetur. Quid plura?
liquido undiq̄ patet, ideo ipsum scripsisse ad placādos
deos trinitate usos homines natura impellente, fuisse,
ut hinc aliquando, mente sublata intelligere possimus,
primum principium, unde & sumus, & uinimus, &

mouemur, unum & trinum, ad similitudinem Sacrificiorum atq; corporis esse. O uirum ecclesie utilissimū, qui uestigiū e corporis natura sumptum unū ac trīno deo, per appellationem falsorum deorum accommo- dans, alterum aperuit unitatis, ueri dei uestigiū, non rei alicui insitum, sed operatione, ad quam homines natura ducebantur, expressum. His ita primum p̄strictis, cum deinde afferat & appellationes hoc pacto accom- modamus, duo n. ambo quidem dicimus, & duos am- bos atq; utrosq; omnes uero non dicimus. sed hanc ap- pellationem de tribus primum dicimus, quod ut dictū est sequimur, quia sic à natura sumus instituti. Primum rerum omnium creatricem causam, ut ego existimo tri- nitatem esse monere breuiter uoluit, natura enim quæ nihil secundū ipsum frustra facit, fieri apud omnes ho- mines ait, ut nō de duobus, quamuis hic primus nume- rus sit, sed de tribus primum omnium appellatio dica- tur, nemo enim de duobus, omnia dicit, sed aut ambo aut utraq; uel utrumq; omnia uero ac omnes de tri- bus, primum omnes gentes dicere solent. Quero igitur, qd ad naturam aut ad naturæ authorem ac dominū, qui iussit ne quicq; in cassum natura faciat pertinet, ut omnes impulerit impellatq; gentes, ne de duobus om- nia proferant, sed de tribus id primum dicant? quid? nihil aliud certe, nisi quia trinitas domina omnium na- turaliter est & procreatrix. Iccirco huic numero primum appellationem hanc & nō duobus attributam natura, institutamq;, ait enim hoc profecto nō aliud his uer- bis Aristoteles subicere uoluit, quasi enī librarius aut

scriba naturæ fuisse non dubitatur Quare si nihil natura frustra facere potest? nec ipsum frustra. quicquā dixisse credendum est, nullam uero aliam rationē idoneā inuenies, cur uestigio corporis explanato, trino litari diis sacrificio statim adiecit, & appellationem omnium tribus, nec ullo modo, duobus natura duce, accommodari asseruit, & ne inania dicere crederetur, non suffecit sibi natura hæc fieri, semel dixisse, sed bis in tam breui sermonis spacio paucissimorum uerborum, homo ex affectione firmandi quæ de trinitate in mentē diuinitus uenerunt, bis inq; quasi mentem, ab altiore incitatus potestate, conelamauit naturæ legibus, naturæ institutis, hæc ita sunt o mortales, quare credit primā causam, ad similitudinem corporis unam esse, ac trinam. Causa namq; omnis in causatis similitudinem sui quādam immittit, nec ego solus huius opinionis author sum, sed & omnes phylsophantes, in hoc conueniūt, & rerum natura magna prædicat uoce. Quia propter nemo fuit unquā, quod certe scio, nec erit, ut uaticinari libet, qui negare audeat similitudines principiorū, in principiatu, infundi. Quare cum & corporibus trinitatis & unitatis dei ueri uestigium, sic impressum, & sacrificiis falsorum deorum, id ipsum doceamur, & appellatio confirmet & hæc omnia natura, idest ipso deo constituyente fieri cognoscantur, nolite dubitare unū ac trinum esse rerum omnium creatorem, has ego illius uoces, dum hæc scriberem audire uisus sum.